





Kern 86
(1-54; a-g)

INDEX
LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCXXXVIII
OCCVFBVNTVR

PRO-RECTORE
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN.

S. S. THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE PROFESSORE PVBLICO
ORDINARIO, SEMINARII THEOL. DIRECTORE, REGIARVM MEN-
SARVM EPHORO, ET ACADEMIAE SCIENTIARVM
BEROLINENSIS MEMBRO.



P.P. die IV. April. MDCCXLVIII.

Halae Magdeburgicae, typis HENDELIANIS.



LECTIONES

Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.



IGISM. IAC. BAVMGARTEN b.c. D. explicabit *theologiam dogmaticam* h. VIII. et *moralem* h. XI. utramque ad finem perducturus: a magistratus academici onere liberatus publicas aperiet scholas *hermeneuticæ sacræ* hora tempestivæ significanda.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. scholas ad *ius Canonicum*, per diurnum morbum ad plures hebdomadas interruptas, hora IX. V. D. continuabit, atque per hoc semestre spatium, quod infat, ad finem perducet. Præterea, si Deus vitam & vires concefferit, hora XI. matut. addet meditationes suas ad *elementa iuris feudalis* STRVVI ex edit. D. Hellfeldii.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF hor. IX. mat. explicabit *Philosophiam moralem*, theoriam ex genuinis principiis iuris naturæ, praxin ex vsu facultatum animæ deducturus. Hor. III. pomer. tradet *Mathefin applicatam*. Et si qui in aliis operam suam desiderabunt, eorum desiderio lubenter satisfactorus.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS perget in explanandis Psalmis Christum canentibus. Absoluta in paraeneticis praelectionibus priori ad Timotheum ex posteriori ad Corinthios ea deprecaer, quae ad formandos ministros ecclesiae ad Pauli exemplum facere possunt. Denique epistolae ad Ephesios tractationem exegeticam cum applicatione practica coniunctam horis consuetis continuabit.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS publice hora III. absolutus Psalmis Davidis, Salomoneos libros, hoc est, Prouerbia, Canticum canticorum & Ecclesiasten, ex Ebraeis; *privatim* vero, hora IX. Epistolae Pauli ad Galatas sequentesque vsque ad illam ad Philemonem, ex Graecis fontibus declarabit.

D. BENED. GOTTLÖB CLAVSWITZ publice H. IX. in exegetica & homiletica tractatione *pericoparum euangelicarum* perget. *Privatim* H. X. Institutiones *catecheticas* cum praxi coniunctas tradet: H. III. epistolam ad Romanos explicabit. Diebus vero Mercurii H. II. exercitium disputat. continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG publice hor. III. - IV. dierum lunae, martis & ionis Theologiam *dogmaticam* sermone latino, in usum maxime *exteriorum*, linguae germanicae imperitorum, tradet, duce b. Freylingbusio: praeterea in schola *isagogica* de modo recte versandi in studio theologiae *antitheticae, patristicae, &c.* exponet; *anteiudicicas* quoque exercitationes continuabit.

IO. GEORGIUS KNAPP h. VII. - VIII. *theologiam dogmaticam* explicabit. hora X. - XI. vero historiae ecclesiasticae N. T. ad finem perductae subiunget *tractationem historiae V. T.* die domini, denique h. V. - VI. in *tractatione ascetica epistolae posterioris ad Timotheum* perget.

IURIDICAE.

D. IACOBVS GABRIEL WOLF publice hora XI. *institutiones suas iurisprudentiae naturalis, tum privatae, tum publicae*, interpretabitur. *Privatim* vero, hora VIII. matutina, HEINECCI *elementa iuris civilis, secundum ordinem institutionum* adornata; hora IX. V. C. IO. IAC. MOSERI a *Fulsee* *compendium iuris publici* I. R. G. hora denique III. *elementa sua iuris feudorum, tum prouincialium, tum imperialium* commentationibus vberioribus illustrabit. *Initium*, finis nundinis Lipsiensibus, die XII. mensis Maii, A. S. N. facturus.

CAR. GOTTLIEB KNORRE docebit Hora XI. *Institutiones Iustinianae* ad *filium Elementorum* b. HEINECCI. Hora vero X. & II. *Pandectas Ludouicianas* interpretabitur. Denique in gratiam cupientium aperiet *Collegium Practicum elaboratorum* ad ductum *der Anleitung zum Gerichtlichen Proceß*, quae proficit in *Officina Rengeriana*.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER per instans semestre explicabit hora VIII. *Elementa sua iurisprudentiae triminalis* quorum noua editio proficit in orphanotropheo: hora X. & II. Dni PARENTIS *pandectarum compendium*, hora XI. *institutiones ad ductum compendii HEINECCIANI*.

IO. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) *Ius Naturae & Gentium* ad HEINECCI *Elementa Iuris Naturalis* docebit hora IX. 2) *LVDOVICI Doctrinam Pandectarum* horis consuetis interpretabitur. 3) Ad HEINECCI *Elementa Iuris Civilis* secundum ordinem *Institutionum* commentabitur hora XI. 4) STRVVI *Elementa Iuris Feudalis*

his hora III. explicabit. 5) Concedet quoque collegium *Processuale elaboratorium* illis, quibuscum hac de re ante collegii initium conueniet.

DANIEL NETTELBLADT publicis lectionibus diebus *Iunae & Iouis* hora III-IV. explicabit sua *Præcognita vniuersæ eruditionis*. *Priuatim* vero hora VII-VIII. ad V. C. PÛTTERI *Elementa iuris germanici priuati hodierni*; hor. VIII-IX. ad Conf. Dn. WOLFFII *Elementa iuris feudorum*; hor. IX-X. ad suum *systema iuris prudentiæ naturalis*; hora X-XI. & II-III. ad suum *systema iuris prudentiæ positivæ*; & denique hora XI-XII. ad SCHMAVSSIANVM *compendium iuris publici*, commentabitur.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI *Doctrina Publica Pathologico-Practica* explicatione affectus Grauidarum, media status sui periodo affligentes solida ac sedula constantia continuabit. Priuato labore a X. ad XI. singulis diebus absoluto Physiologico Collegio nunc in ordine *Cursum Medici Pathologiam generalem & specialem Medicam* solide tradere inchoabit: denique a II. ad III. *Materiam Medicam*, cum demonstratione simplicium rerum medicamentosarum, b. c. D. exordietur: & hoc vltimum institutum XIV. Mens. April. suscipiet.

IO. IVNCKER publicum istum laborem, quem praecedente quidem semestri indicare, differre autem non sine ratione voluit, nunc auspicabitur: videlicet medicamenta, quae in officinis composita prostant, ad ductum Dispensatorii Porusso-Brandenburgici Iustrabit, & in vtilis farraginis censione vtilium compositionum delectum adhibebit. Priuato studio hora decima fundamenta medicinae physiologico-pathologica & vndecima therapiam specialem exponet. Priuatiissimis laboribus exercitia clinico-practica cum prouectionibus consueto tempore continebitur.

ANDREAS ELIAS BÛCHNER, publice occupatus erit, horis atque diebus haecenus consuets, in explanandis fundamentis *methodi medendi*, tam *prophylacticae*, quam *curatiuae*, secundum ordinem institutionum BOERHAAVII. *Priuatim* autem hora VII. *Physiologiam*, cum subiuncta *Hygicimè*, exponet, hora VIII. & XI. *manuductionem ad Praxim specialem* tradet, & hora IX. *Semiologiam* pertractabit, hora autem I. ad II. *Collegium casuale clinicum* aperiet.

FRIDERICH HOFFMANN, publice hora IX-X. *physiologiam* praeleget principii veris anatomicis & physicis innixam & superstructam, & quidem in compendii physiologiae Hoffmannianae, quod in officina libraria Rengeriana prostat. *Priuatim* vero hora X-XI. *pathologiam* pertractabit, cuius compendium in eadem officina venale est, hora vero XI-XII. *collegium* in materiam medicam inchoabit, simulque simplicia & praeparata auditoribus suis ostendet, quae in hoc collegio ordinarie pertractari solent. Initium harum lectionum erit more consueto finis instantibus nundinis Lipsiensibus.

D. PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER diebus mercurii & saturni hora IX. *commentationem publicam* in Dispensatorium Borussio-Brandenburgicum ad finem perducet. *Priuatim* ad nonnullorum peticum hora VIII. repetet *osteologiam*, hora XI. *medicinam legalem* ad ordinem Compendii B. TEICHMEYERI praeleget, horaque demum II. duce D. MANNINGHAM fundamenta *artis obstetricariae*, iunctis *mulierum & infantum morbis*, tradet *theoretico-practica*.

PHILOSOPHICAE.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS Hora X. *grammaticas* institutiones linguae Ebraeae ad ductum libelli a Filio suo editi dabit. Addet hora alia (si cupidi constantisque fuerint auditores) *manuductionem ad Rabbinnicam & Syriacam*.

MICHAEL ALBERTI *Tractationem de Elementis Physicis publica* institutione ita illustrabit, vt vsibus physicis, medicis & chymicis reali, nec ficticia aut speculatiua applicatione, quadret.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, publice h. 7. *matutina Mathesin* puram; priuatim hora I. *Physicam*, & hora 2. *Chemicam*, vtramque per dogmata & experimenta docebit. *Geometriam practicam* peculiari opera tractabit. Nec iis deerit, qui *applicationem* Matheseos, Physices & Chemicæ ad *specialissima* partim in *Oeconomia*, partim in *Metallurgia* desiderant.

ANDREAS ELIAS BÛCHNER, publicis in praelectionibus partem illam *Physicæ*, quae *meteora* complectitur, seorsim explanabit; priuato autem studio versabitur in tradendis & exponendis *Physicæ dogmaticæ* fundamentis, diesque ac horas, laboribus hisce destinandas, e valuis publicis consueto tempore indicabit.

DANI.

DANIEL STRAEHLER ob imbecillitatem virium per hemiplexiam valde debilitatarum ad labores nondum redire potest: Deo vero pro sua gratia auxilium dato lectiones habendas e loco consueto separatim significabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG Deo propitio hoc semestri aestiuo ab VIII-IX. *Ius Publicum Imperii Germanici* ex idoneis principiis non sine historiae Germanicae subsidiis tradet duce MASCOVIO: deinceps in *Historia Imperiali* ex omni aevi scriptoribus documentisque publicis illustranda ab XI-XII. versabitur auctore STARVIO: tum *Historiam Vniuersalem* Europae regnorum & rerumpublicarum a X-XI. docebit ad PVFENDORFIVM: denique in stili elegantioris praeceptis operam collocabit, ac pro ratione otii ac temporis praelectiones addet ad *Capitulationem nouissimam*. Initium harum lectionum, ex tabulis academicis tempestiue indicendarum, erit finitis nondinis Lipsiensibus.

IO. HENR. CALLENBERG secundae scholarum theologicarum vtiliora admiscebit *historiae litterariae* capita; parausque est ad operam literaturae orientalis ad discendae cupidis commodandam.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ publice in *oeconomicis* diligenter perget. *Privatim* lectiones *fundamentales hebraicas*, DANZIO praecunte, restaurabit, additurus sub finem *doctrinam accentuum*. Aperiet quoque scholas *logicas & metaphysicas*, Virum Per-illustrem L.B. de WOLF secuturus.

GEORG. FRID. MEIER interpretabitur hora IX-X. *Ius Naturae* KÖHLERI, X-XI. *Mathesin puram*, & V-VI. *Logicam* perill. L. B. de WOLF; publice hora III-IV. dierum Martis & Mercurii *Homileticam vniuersalem* docebit, seu aethericam ad orationes sacras adplicabit.

EXTRAORDINARIAE.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM publicas lectiones *Historiae Iuris* continuabit. *Privatim* hora XI. V. C. MASCOVII *Principia iuris publici* interpretabitur; hora III. SCHMAVSSII *compendium Historiae Imperii Germanici* illustrabit; hora IV. *librum suum: Einleitung zu den Geschichten der Europaeischen Königreiche*, explicabit. Addet denique Collegium *Historiae Borussiae Brandenburgicae*, cui qui interesse cupiunt, vt ante eius initium nomina sua dent, rogantur.

D. HENR. BASS, publice *Infantum morbos* exponet d. mercur. & saturn. hora X. *privatim Medicinam* praeleget *legalem* ad ductum TEICHMEIERI hora II. *Deinde Chirurgiam Manualem* aperiet, cum apparatu tam deligatorio quam instrumentali hora III. Initium lectionum erit d. 12. Maii.

IO. GOTTLÖB KRÜGER *physicam dogmatico-experimentalem* h. 5-6. docebit. *Horas mathefi purae, applicatae, physiologiae, pathologiae, & insiruationibus BOERHAAVII* destinatas & valuis publicis significabit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI hoc semestri aestiuo, b. c. Deo *privatim* diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris hora VIII-IX. *Botanicam* iterum *methodo consueta* docebit, excursions botanicas die Mercurii hora IV. inchoabit. *Publice* die Saturni hora VIII-IX. Collegium *repetitorium plantarum indigenarum & exoticarum* ante dictis diebus demonstratarum illustrabit. Initium erit die V. Maii. a. c.


D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN publice *Pathologiam* generalem ad ductum B. SCHVLZII tractabit; *privatim* vero BOERHAAVII *Institutiones medicas*, quae ad *Physiologiam* spectant, exponet. *Horas* hae laboribus destinandas suo loco & tempore significabit.

CHRISTOPHORVS CAROLVS STRVMPFF publice h. II-III. *Dispensatorium Regium Borussiae Brandenburgicum* explicabit; *privatim* h. X-XI. *Chemiam*, & h. VI-VII. *Botanicam* docebit.

ERN. ANTON. NICOLAI publice *operationes chemicas* pertractabit, *privatim* vero docebit *physiologiam, pathologiam* tam generalem quam specialem, *materiam medicam, chemiam* experimentalem, & *methodum* concinandi formulas medicamentorum. *Horas* his collegiis destinatas e valuis publicis & plura de suis lectionibus in peculiari programme indicabit.

D. IVSTVS ISRAËL BEYERVS, P. P. prioribus, quae iam continuantur, lectionibus epistolicis ad umbilicum perductis, denuo *epistolographiam*, omnis generis *litteras* genio saeculi accommodandas solide monstrantem, exemplis fere ad C. usque exercebit; *oratoriam* insimul exordietur; *stylum vernaculum* pariter ac *Romanum*, pure ac ornate scribendi discipulorum dirigeret; tandemque *carmina, epistolas* aliaque scripta, quavis data occasione desiderantibus suppeditabit. *Exordium* harum occupationum, horis cuilibet aptissimis b. c. D. fiet.





INDEX LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCXXXVIII

OCCVABVNTVR

PRO-RECTORE
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN,

S. S. THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE PROFESSORE PVBLICO
ORDINARIO, SEMINARII THEOL. DIRECTORE, REGIARVM MEN-
SARVM EPHORO, ET ACAD
BEROLINENSIS



P.P. die iv. April. m d

Halae Magdeburgicae, typi

